



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. IIX. Exefficio. Curiosi, prouerbium. Correcta fragmenta Afranij & Næuij; & illustratus Plautus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

tatur Aufonius: Threiciam sexto spoliavit Amazonia
 teo. Deinde idem liber habet, Stymphalidas
 historiam aptius: nam volantes eas Hercules de-
 cit. Seneca:

Solitæque pinnis condere obductis diem

Petit ab ipsis nubibus Stymphalidas.

Næque tamen malè vulgati. Stymphalum enim
 istæ furia habitabant.

CAPVT IIX.

Exefficio. Curiosi, prouerbium. Correcta fragmenta
 nij & Nouij: & illustratus Plautus.

NONIUS in Extundo.

Afran. Epistula. Atque adeo extundo, ex efficio
 mihi cus. adidndus.

Repone verbum antiquum, extundo, exefficio. Ter-
 lento: Numquam hoc vno die exefficias opus.

In Contendere.

Afran. Epist. Non licet ~~pe~~ qua contendisset ita per-
 Editio vetus, contendissem. Diuido verbum & le-
 qua contendit semita.

In Serius.

Afran. Priuigno. Non ego te noui tristem, ser-
 serium.

Malim, tristem, teruum, serium: aut certè, quod
 Stewechio placebat, seuum.

In Caries.

Afran. Priuigno. Nemo illa viuit carie cariosior.

Rectius ms. curiosior. Curiosi, vulgi dicitur in-
 ciles & macilentos: quasi ij curis semet confecti
 & macerarent. Hoc adieci, vt illustrarem locum
 Plauti Aulularia.

Ant. Mu
 varia Lec
 LIII
 28

Etiā agnum nisi. E V. quo quidem agno sat scio

Magis curiosam nusquam esse vllam bestiam.

M. E. Volo ego ex te scire qui sit agni curio.

E V. Qui ossa atque pellis totust, ita cura macet.

In Timos.

Nanius Lycurgo. Iam ibi nos aduenientes duplicant timos vaposque.

Corrigit Iunius, timos Panos; & intelligit τὸ πεινῶν: quod manes eius me condonent, non rectè. Potius timos transpositis legendum, timos pauosque. Vtrumque in exercitu formidolosum esse indicant templa Roma, Pauori & Pallori iam inde à Tullii regis temporibus sacrata, & Salij Pauorij & Pallorij iura hominum daemonum auerruncandæ instituti.

In Melos.

Nanius Lycurgo. Suauè summum melos.

Corrigendum, sed quod plerosque fugit: corrige, suasonum melos.

CAPUT IX.

Reprehendere. Omnes inimicos repperire, prouerbum. Rani. Correctus Plautus Epidico, Terentius Andria.

NON abs re Epidicum suam tantoperè amauit Plautus, fabulam inuentione arguta, sermone vario & facetiis affluentem: tum omni arte scanica expositam. Eius primo statim versu:

Hec adolescens. ΤΗ. quis properantem meprehendit pallo?

E P. Familiari.

Libenter correxerim, properantem reprehendit. Reprehenduntur propriè, quos in uia assecutos prehensio pallo remoramur, aut serui fugitiui, cum è fuga retrahuntur.